Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

ut laudarent eum in tuentibus
suis: et antecedent exercitum
ac vace cantica dicent, Confi-
temini domino: quoniam in eternum mi-
sericordia eius. Cumque cepisset
laudes canere: vertit dominus
insidias eorum super semetipsos filio-
rum scilicet ammon et moab: et
montis seir: qui egressi fuerant
ut pugnarent contra iudam
et percussi sunt. Nam filii ammon
et moab consurrexerunt adversus
habitatores montis seir: ut in-
ficerent et delerent eos. Cumque
hoc opere perfecissent: eorum
in semetipsos versi mutuisque
cadere vulneribus. Porro iu-
das cum venisset ad speculam
respexit solitudinem: vidit terram
diuicem late patentem plenam ca-
daveribus: nec superesse quemquam
qui necem potuisset evadere
Venit ergo iosaphat: et omnis
populus cum eo ad detrahenda
spolia mortuorum: invenerunt
enim inter cadavera vestem supe-
rellectile: vestes quoque et va-
sa pretiosissima: et diripuerunt
ita ut ea portare non possent
per tres dies spolia auferen-
tes propter magnitudinem. Die
autem quarto congregati sunt
in valle benedictionis. Etenim
quoque ibi benedixerunt domino: vo-
caverunt locum illum vallem bene-
dictionis usque in presentem diem
Reversusque est omnis vir iuda
et habitatores iherusalem: et iosa-
phat ante eos in iherusalem cum leti-
tia magna. eo quod dedisset eis
dominus gaudium de inimicis su-
is. Ingressique sunt iherusalem cum
psalteriis et citharis et tubis
in domum domini. Factum autem pa-
nor domini super universa regna
terrarum: cum audissent quod
pugnasset dominus contra inimicos
israel: quievit ergo regnum iosa-
phat: et fecit ei pax deus
per circuitum. Regnavit igitur
iosaphat super iudam: et erat
triginta quinque annorum cum reg-
nare cepisset. Viginti autem
et quinque annis regnavit in
iherusalem: et nomen matris eius
azuba filia zelachi. et ambula-
vit in via patris sui asa nec
declinavit ab ea faciens quod
placitum erat coram domino. Ve-
rumtamen excelsa non abstulit. et
adhuc populus non direxerat cor
suum ad dominum deum patrum suorum
Reliqua autem gestorum iosaphat
priorum et novissimorum scripta
sunt in verbis ieu filii ha-
nani: quae digessit in libro re-
gum israel. Post hoc autem so-
ciatus iosaphat rex iuda
cum ochozia rege israhel cui
opera fuerunt impissima: et
participes fuit ut faceret na-
ves quae irent in tharsis. fece-
runtque classem in asiongaber
perfecerunt autem eliezer filius
dodeu de maresa ad iosaphat
dicens Quia habuisti fedus
cum ochozia prospit dominus opa
tua contrivitque sunt naves
nec potuerunt ire in tharsis

XXI

Dormiuntque autem
iosaphat cum patribus
suis. et sepultus est
cum eis in civitate dauid
regnavitque ioram filius pro
eo cum habuit fratres filios
iosaphat azariam et iahiel
et zachariam et azariam et
michahel et saphatiam omnes
hi filii iosaphat regis iuda
Dederat eis pater suus multa
munera argenti et auri et